

Littera Sigismundi III Regis Poloniae

82

Illustrissime princeps, amice noster charissime!
 Eo usque residuarum militis copiarum prorupuit
 audacia, ut non contenti caedibus, et incendiis ma-
 gnam vicinam nobis Silesiam partem pervasisse, op-
 pida, et arces presidii in sedisse, de invadendo quoque
 regno nostro cogitare dicuntur, idque duplici consilio
 vel aliquot insignes civitates praeda causa explent,
 vel certe per Poloniam infesta arma ad Gustavum,
 aut regem Daniam transferent. Scripsimus nos hac
 de re ad caesarem maiestatem cognatum, et affi-
 nem nostrum charissimum, petimusque, ut man-
 daret exercituum suorum praefectis, ut si quid tale
 hostis moliretur, intenti, paratique sint ad prohi-
 bendos eiusmodi conatus. Etsi enim non dubita-
 mus dilectionem vestram iam hac in re mentem,
 et voluntatem caesarem maiestatis perspectam ha-
 bere, amantes tamen dilectionem vestram eo no-
 mine compellendam duximus, ut pro sua erga
 nos propensione, uti in casu et periculo communi
 hostis istius conatus omnes observet, et si in fi-
 nes ditionum nostrarum incubuerit, tergo illius
 insistat, atque cum nostris hominibus sua ad sa-
 lutem mutuam pertinentia conferat consilia, plu-
 ribus hac de re aget cum dilectione vestra regni
 nostri supremus mareschalcus. Quid reliquum est.

